Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

Theses juridicae inaugurales

https://hdl.handle.net/1874/299896

THESES JURIDICAE INAUGURALES.

9

THESES
JURIDICAE INAUGURALES,

QUAS,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

JACOBI ADOLPHI CAROLI ROVERS,

PHIL. THEOR. MAG. LITT. HUM. ET JUR. UTRIUSQUE DOCT.
IN FAC. LITTERARIA PROF. ORD.

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS JURIDICAE DECRETO,

Pro Gradu Doctoratus

SUMMISQUE IN

JURE ROMANO ET HODIERNO HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA,

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

JOANNES HENRICUS EGBERTUS MEESTERS,

Stenovicensis.

A. D. XXIX M. JUNII A. MDCCCLXI, HORA II.

Trajecti ad Rhenum,

TYPIS MANDARUNT KEMINK ET FILIUS.

MDCCCLXI.

T H E S E S.

I.

Actione praescripta naturalis remanet obligatio.

II.

In L. 44 D. de don. inter vir. et uxor. verba: *„et hoc et mulier noverit"* non interpolata esse mihi videntur.

III.

Valde mihi arridet conjectura Cl. SAVIGNII (Syst.

d. heut. röm. Rechts, III. p. 144) in L. 54 § 2 D. de legatis I, pro verbis „*servi mors*" legendum esse: „*servi mora.*"

IV.

Interdictum „uti possidetis" tantum earum servitutum praediorum urbanorum causa datur, quae positivae dicuntur.

V.

Praeceptum art. 311 § 3 C. C. etiam tunc valet quum non partus, sed partus tempus occultum fuerit.

VI.

In art. 333 C. C. verbo „*voorkinderen*" tantum significantur defuncti liberi legitimi.

VII.

Administratio de qua sermo est in art. 539 C. C. differt ab administratione de qua agitur in art. 529 ejusdem Cod.

VIII.

Minus probandum quod ex art. 1246 C. C. pos-

sessor, qui debitum solvit, pro rata tantum parte in creditoris jura subrogatur.

IX.

Art. 1457 C. C. illam spectat novationem de qua agitur in art. 1449, 1° et 3°.

X.

Contra instrumentum authenticum jusjurandum decisorium deferri potest.

XI.

Non facio cum Cons°. KIST (Het Handelspapier, p. 15) dicente: „De actie in art. 148 vermeld is „geene wisselactie.''

XII.

Praeceptum art. 635 C. M. non adversatur principiis Juris communis.

XIII.

Art. 367, n°. 2 C. C. etiam tunc valet, quum pater usufructuarius foro cesserit.

XIV.

Termino ex art. 909 C. M. neglecto, custodes ipso jure dimittuntur et moratorium a Curia Suprema concedi nequit, nisi post novam causae cognitionem, sec. art. 902 seqq. ejusdem Cod.

XV.

Peregrinus a judicis sententia appellans, cautionem judicatum solvi praestare non tenetur, si in priore judicio fuit reus.

XVI.

Errare mihi videtur Cons. DE PINTO contendens (Handl. t. h. Wetb. v. B. Regtsv. § 226) nullum jure patrio antiquo fuisse discrimen inter prorogationem fori et privilegium fori.

XVII.

Regula: „*Quot delicta tot poenae*" jam apud Germanos valebat ante Jus Romanum ibi receptum.

XVIII.

Distinctio, quam Ampl. C. VON SCHIRACH (Ueber

Politische Verbrechen, Arch. des Crim. Rechts, 1851) proposuit inter delicta anti-socialia et anti-politica, inutilis mihi videtur.

XIX.

Ratio, qua Levita (Das Recht der Nothwehr, p. 126 seqq.) explicare conatus est, ex nonnullis legibus Germanorum Wehrigeldum solvendum esse ab eo, qui in moderamine inculpatae tutelae versetur, falsa mihi videtur.

XX.

Qui abutitur charta-vacua-subscripta, eo modo quod ab alio obligationem inscribi curavit, puniendus est ex art. 407 C. P., qui scripsit falsi tenetur.

XXI.

Citationis reï nullitas solummodo pronuntiari debet si contra art. 323 C. Q. C. factum perpetratum non satis definitum est.

XXII.

Judex ex art. 270 C. Q. C. eremodicium statuens non videtur mihi sententiam proprie sic dictam ferre.

XXIII.

Non optimis rationibus ductus legislator in art. 198 L. F. statuit durante interregno legem fundamentalem mutari non posse.

XXIV.

Praedatoribus naves captas in portibus neutralium retinere non licet.

XXV.

Het heffen der zware Registratiekosten van de stukken van failliete boedels is uit een staathuishoudkundig oogpunt af te keuren.

XXVI.

Niet in alle gevallen schijnt mij het verdeelen van markten of meenthen toe nuttig te zijn.

XXVII.

Allernadeeligst is voor het algemeen welzijn het laten verrigten van fabriekarbeid door getrouwde vrouwen en kinderen.

XXVIII.

Plaatselijke zieken- en begrafenisfondsen mag men, wanneer de leden deel hebben aan het bestuur, als eene der beste middelen ter voorkoming van armoede beschouwen.

1912829